

Colloquium XX^{mum}.

De progressu hujus rei.

THOMAS et SEBASTIANUS.

T. Quamdiu prima ista ecclesiæ Evangelicæ Augustanæ tenebrosa duravit nebula? **S.** Usque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum secundum, sive usque ad pacem Passaviensem, ex quo tempore concionatores expulsi iterum revocati ecclesiis suis restituebantur, & abrogato Interim, pristina libertas Evangelica concedebatur. **T.** Errabis, mi amice; libertas enim hæc anno demum millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, pace religionis Augustæ sancita, fuit obtenta. **S.** Non erro; nam per pacem Passaviensem libertas fuit primum stabilita, per pacem vero religiosam deinceps confirmata. **T.** Quid factum est post restitutionem priorum concionatorum? **S.**
Interimi-